

PASCHASII OENII
HEICRVCINI IN OPE-
ris commendationem
carmen.

Sic de' aëtat multo pulcherrima nymphæ
Natura aeterni sibi ministra Dei:
Aut plusquam varius verum color, optime Lector,
Ornatus, series, forma; velordo inuocat:
Si censes opera pretium cognoscere, quisquid
Tellus, Oceanitractus & astra forunt:
Et cupit ingenus multa & praeclara doceri,
Id quod Natura lex Pietasq; monet:
Huc ades, hos memori libros suo mente recondas:
Propositi exiguo tempore victor eris.
Siclicet eloquio cumulatius, & arte medendi
Lemnius ostendet, quidlibet vnde petas.
Abdita natura pandit miracula, vires,
Causas, qua multos texerat umbra dios.
Tum solidis adeo rationibus omnia sulcit,
Ut carpi, Momo iudice, posse neget.
Ingenii mire felicitis acumine quid non
Differit argute, perspicueq; decet?
Candidus & tersus leni stuit agmine sermo,
Multus ubiq; niter, multus ubique lepos.
Nec Medicis solis (ne forte quis in scitus error)
Hic operam & studium dedicat ille suum:
Plurima ciuili praecepta salubria visa
Fingendisq; probe moribus opta leges.
Auribus instillans animoque τό γράδι σταυτόν,
Hoc aget, ut studeas notior esse tibi.

Ignari hominum verat obtuse facta mentes,
Præterit siue bonis deterrita sequi.
Quin obiter studiis mellioribus imbuat omnes,
Qua se cognoscant, qua ratione Deum
Sed frustra celebrem mali natis versibus illum
Cuius fama volet docta per ora vivam.
Instar multorum Gesnerus Apolline dignus
Myster, sat locuples hic mihi testis erit:
Qui extra invidiam pressus vir candidus æqua
Expensum testina pollice laudat opus.
Ut taceam geminos Etrusca voce loquentes,
Quam cupido Ausonidum turba disorta legam.
Lucis enim usura caruere, nec hæcenus extra
Septa domus reliqui corripere pedem.
Restat ut Hispanus, Cæsar, linguaq; Britannos
Representantes, Belgica verba sonent:
Quos æque gratos doctis si senserit auctor,
Adiicies totidem, cepta iuuante Deo.

LEVI



